

denium, arma & equos militum, necnon operariorum instrumenta fabrilis, sine quibus vitam diu operarii sustentare non possunt, vestem, & suppellectilem patris familias, cuius nomine venire ea autumat, quæ refert Jurisconsultus in Leg. 1. 2. 3. & alius seq. ff. de Supell. legat. itemque aratra, ligones, vomeres, boves, & universa quæ ad agriculturam pertinent.

59 Num autem ab hac hypotheca tacita excipienda sint bona venalia in domum illata, tum illata, in tabernam, dissentiunt Doctores, Vide affirmantes & negantes Doctores apud Speidell. Locuplet. lit. P. art. 2. de tacit. hypothec. Locat.

60 Conducente vero patre-familias pro se, & familia sua ades, hypotheca hæc tacita locum non habet in rebus paraphernalibus uxoris, bonis castrensibus, & adventitiis liberorum, vel famulorum, Lauterbach. in disp. de tac. Pign. thes. 12.

61 III. Datur hæc hypotheca tacita ob præsumptam voluntatem partium locatori in fructibus, qui in prædio rustico nascuntur, Leg. 7. in princip. ff. Qui in caus. & c.

62 Circa vero præsumptam voluntatem partium sola legis dispositione Hypotheca tacita datur I. Fisco ratione tributum in bonis eorum qui censentur, Leg. 1. Cod. Quib. in caus. & c. Leg. 1. C. Si propt. publ. pen. in bonis nequam vero eorum qui ex delicto ad poenam obligati sunt, Leg. 17. & 73. ff. de Jur. Fise. contrarium licet tenent Lincker. decis. 643. tum in bonis debitoris principalis ejusque uxoris, Leg. 4. Cod. Quib. in caus. & c. & demum in bonis Administratoris Fiscalis. Leg. 1. Cod. de privileg. Fiscal. tit. C. Si propt. public. pen. Tenet vero Merend. l. 2. contr. Jur. cap. 27. tacitam hanc hypothecam non incipere à tempore coeptæ administrationis, sed à tempore actus quo Fiscus læsus fuit.

63 Sola legis dispositione datur II. hæc hypotheca tacita reipublicæ, civitati, ecclesiæ in bonis Administratorum, argum. L. 20. C. de Admin. Tutor. junct. L. 3. de Jur. Reipubl. L. 23. §. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. non etiam uti creditrici in bonis debitorum L. 2. C. de Jure reipubl. L. 8. C. Qui pot. in l. 1.

64 Hanc vero hypothecam minime competere collegiis Opificum in bonis Administratorum tradit Schilter. in prax. Jur. Roman. exerc. 33. §. 28.

65 IV. Sola dispositione legis tacita hæc hypotheca competit liberis prioris matrimonii in bonis Vitrici ratione tutelæ maternæ, si scilicet mater, alio tutore non petito, neque rationibus redditus, ei nuperit, L. 6. C. Quib. in caus. & c. in bonis parentum ad secundas nuptias transeuntium ratione eorum, quæ ex priori matrimonio ad eos pervenerunt, L. 6. §. 2. C. de secund. nupt. in bonis patris ratione bonorum maternorum aliorumque adventitorum, quæ pater administravit, L. 6. §. ult. C. de bon. quæ liber. L. 8. §. ult. C. de secund. nupt.

66 V. Sola legis dispositione datur hypotheca tacita pu-

illis, & minoribus, eorumque hæredibus in bonis tutorum, & curatorum, leg. 20. C. de Administr. Tur. leg. 19. §. 1. de reb. auct. Jud. possid. Novell. 22. c. 40. in rebus pecunia eorum emptis, l. 7. ff. Qui pot. in pign. non item aliis, l. 17. C. de pign. leg. 7. C. Qui pot. in pignor.

Incipitque hæc hypotheca tacita, quæ competit pupillis & minoribus in bonis tutorum, & curatorum, non à tempore malæ administrationis, sed à tempore suscepti muneris; Bachov. de pign. lib. 1. cap. 9. n. 5. Lauterbach. in dict. disp. de tacit. pign. thes. 37.

Sola legis dispositione datur V. tacita hypotheca marito pro dote præstanda in bonis ejus, qui dotem promisit, L. unic. §. 1. de rei Uxor. aff.

De eo quæri solet, an & furiosis, mentecaptis, surdis, & mutis tacita hypotheca competat in bonis suorum tutorum? Negat inter alios Lauterbach. in disp. de tacit. pign. thes. 35. Affirmat Bardell. exercit. 2. concl. 39.

VI. Dispositione sola legis hypotheca tacita datur uxori pro dote repetenda in bonis mariti, ejusque, qui dotem suscepit, dict. L. unic. §. 1. C. de rei uxor. aff. ut & pro dotis augmento, Nov. 97. cap. 2. paraphernis, L. ult. C. de pact. convent. & donatione propter nuptias, L. 29. C. de Jur. dotium.

Datur VII. Sola dispositione legis tacita hypotheca legataris, & fideicommissariis pro legatis, & fideicommissis consequendis in bonis testatoris, L. 1. C. Commun. de Legat.

VIII. Datur tacita hypotheca sola legis dispositione Redemptori in persona ab hostibus capta, & redempta pro pretio redemptionis, L. 15. ff. de Captiv. L. 2. C. de postlim. recov. L. 20. §. 2. ff. Qui testam. fac. poss. L. 43. §. ult. ff. de Legat. 1.

Hi sunt casus certi, in quibus sola dispositione legis hypotheca tacita locum habet. Non sum autem necesse esse Doctores, qui eam ad alios casus extendunt. Vide de iis quid senserit Strijk. in usu Modern. Pandect. l. 2. tit. 2. §. 7. & plur. seq. Confer etiam Speidell. Locuplet. lit. P. art. de var. hypothec. & Auctores ab eo allegatos.

Tenent nonnulli in hoc differre hypothecam tacitam ob præsumptam voluntatem partium ab hypotheca tacita sola legis dispositione, quod hæc locum sibi vindicat non obstante, quod agatur de pupillis, minoribus, &c. qui bona sua hypotheca subjicere nequeunt, illa vero nequaquam locum sibi vindicare possit, si de mox dictis personis res sit. Vide Bachov. de pign. lib. 1. cap. 9. n. 13. & rursus cap. 11. num. 1. & seq. Impugnatur vero Bachov. alioque ejus Asseclas Witsenbach. in disput. 39. Pandect. lib. 20. thes. 1. §. 19. (Nihil hic addendum occurrit, additione num. 19. præserte, quia omnia fere per eam comprobantur.)



J JEJUNIUM.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt jejunii esse, obligationem, modum, & tempus.

SUMMARIUM.

- 1 JEJUNIUM unde dictum, & quadruplex, ad num. 17.
- 18 Præceptum jejunii obligat sub mortali diebus ab ecclesia præscriptis.
- 19 Jejuniium quomodo ab ecclesia sit determinatum quoad tempus, tamen non est solum de præcepto positum

ecclesiæ, sed de implicita præordinatione divina fidelibus demandatum.

- 20 Diebus Dominicis quomodo ex se licitum esset jejunare, tamen dignis de causis statutum est ab ecclesia non esse in ipis jejunandum.
- 21 Affertur decretum Sacre Congregationis Supreme, & univ. salis Inquisitionis prohibens jejunium etiam ex devotione diebus Dominicis & festis solemnibus.
- 22 Consecratoria quedam ex prædictis afferuntur.
- 23 Si vigilia S. Joannis, cadat in festo Corporis Christi, anticipandum est jejunium feria 4.
- 24 Idem declaratum est pro vigilia S. Antonii de Padas.
- 25 Si Vigilia cum jejunio occurrat in festo solemnibus alicujus patroni principalis, potest licite ab Episcopo fieri commutatio jejunii in die præcedenti.

Non

- 26 Non potest tamen auctoritati Episcopi anticipari Vigilia S. Mathie, etiamsi occurrat ultima die Bachanalium.
- 27 Fratres Minores tenentur ad præceptum jejunii feria 6. occurrente in die natalis Domini.
- 28 Alii tamen defendunt contrarium.
- 29 Sed tamen immerito, ac idem, quod dictum est pro Fratribus Min. valet pro quocumque habente votum jejunii.
- 30 Moniales S. Clare non tenentur nunc sub mortali ad jejunia Regule, scilicet Adventus, & Feria sextæ.
- 31 Dispensatus circa esum carniū ob debilitatem virium, & ad eas recuperandas, est etiam dispensatus à jejunio.
- 32 Non sic tamen est dispensatus à jejunio, qui est dispensatus, quia cibi &c. jejunaes sunt ei nocivi, seu nauseales.
- 33 Colligitur hoc aperte ex bullis, & editis Summorum Pontificum.
- 34 Affertur editum de ordine Clement. XI. editum, & duplex Breve Benedicti XIV. & offerunt etiam validissima ratio.
- 35 Post hæc emanavit alia ejusdem Benedicti XIV. explanatio, & declaratio, quæ ad literam affertur.
- 36 Qui frangit jejunium sapius comedendo carnes, peccat mortaliter toties, quoties comedit carnes.
- 37 Quomodo autem peccet, qui frangit jejunium sapius comedendo cibos licitos, variant Doctores.
- 38 Jejunium non frangitur pro sumptione factas, non per modum cibi, vel refectiois, sed per modum medicine, vel potus.
- 39 Sic pariter non frangit jejunium bibere extra tempus refectiois quæcumque purum potum, etiam vinum, cerevisiam, mulsum, etiamsi fiat non præcio ad sedandam sitim, sed etiam aliquoties ad sedandam famem.
- 40 Jejunium non frangit, & licita est sumptio Caffæ, Thei, & Cochlearii in die jejunii, quando illa sumuntur medicinaliter.
- 41 Si tamen sumantur non medicinaliter, variant Doctores, & præsertim de Cochleario.
- 42 Collatio vespertina etiam ad nutritionem sumpta, est licita.
- 43 Pro qualitate ciborum in hac vespertina collatione recommendantur variant Doctores.
- 44 Sic etiam variant Doctores pro quantitate.
- 45 Probabilius modica, & licita quantitas pro collatione vespertina à vespere censetur quarta, vel quinta pars cæne ordinaria. Ad dicendum 4. vel 5. uncias; & attendendum Apostolicæ decisioni Benedicti XIV. in responsione ad dubium sub hoc numero allatum.
- 46 Tempus ordinariæ collationis est vespertinum, unde qui eam commutat sine justa causa, sumendo mane collationem, & vespere prandium, peccat saltem venialiter, & vespere faciat cum justa causa, nullo modo peccat.
- 47 Immo varii censent probabile nequidem peccare venialiter, etiamsi hoc faciat sine speciali causa.
- 48 Tempus ordinariæ prandii scilicet horam sextam proximam meridiei, notabiliter v. g. per unam, vel alteram horam anticipare absque causa, varii graves Doctores volunt esse peccatum mortale; communior tamen, & probabilior sententia tenet esse veniale tantum.
- 49 Si vero aliqua justa causa subsit, nullum erit peccatum ne quidem veniale.
- 50 Sicuti nullum est peccatum in privilegiatis, ut in Religiosis, qui per privilegium etiam sine causa possunt una hora anticipare.
- 51 Prandium interrumpere, seu dividere in die jejunii sine justa causa non licet.
- 52 Justa tamen interveniente causa, ut paupertas, officium, negotium, licet.
- 53 Sic non peccat, qui inter prandendum garriv, nugatur, nova nuntia legit, & hujusmodi, si tempus refectiois non excedat duas horas.
- 54 Item si quis prandium finierit, & mappulam plicarit

cum proposito nil amplius comedendi, seu surrexerit & menra, etiam gratis actis, potest intra quadrantes circiter mutata voluntate iterum assidere, & comedere.

55 Item qui mensam relinquit in uno loco intendens absolvere in alio, ubi expectatur, non peccat saltem graviter, dummodo prandium non excedat duas horas, vel intervallum quadrantes circiter.

56 Prandium protrahi potest licite ad duas horas, non autem ultra.

57 Qui mane culpabiliter sumpsit jentaculum æquivalent refectiois, tenetur illo die abstinere à refectiois; Esti jentaculum sumptum modicum fuerit, tenetur abstinere à collatione.

58 Qui inculpabiliter per inadvertentiam sumpsit mane jentaculum sufficiens ad prandium, non potest amplius illo die prandere, sed solum vespere sumere collationem.

59 Qui iter facturus mane prandit, & postea mutatis rebus iter non agit, non potest amplius illo die prandere, sed solum vespere sumere collationem.

60 Qui post prandium sumpsit aliquid cibi, tanto minus debet postea sumere in collatione; & si quasi ad tempus collationis sumpsit cibum æquivalentem ad ipsam, debet illo die omnino abstinere ab illa.

61 Qui frangit jejunium multiplici præcepto ex eodem motivo imperatum unicum tantum specie, & numero peccatum committit.

62 Idem probabilius dicendum est de Franciscanis non jejunantibus feria 6. quatuor temporum cadente in vigilia, & Quadragesima.

63 Violatio autem ejusdem jejunii ab ecclesia præcepti, à Superiore imperati, à Confessario pro penitentia injuncti, & voto debiti, habet quatuor distinctas species malitias.

64 Violatio jejunii per comestionem carniū distinguitur specie à violatione per comestionem lactificiorum, & ovorum.

65 Statuens deliberate per totam Quadragesimam non jejunare, vel non jejunans quot peccata committat.

66 Qui statuta die non jejunavit sive inculpabiliter, sive culpabiliter, non tenetur postea jejunare alia die, & an, & quando jejunium anticipare debet.

67 Peccant mortaliter etiam qui ad frangendum jejunium alitis proximæ cooperantur, inducunt, aut cum possunt, & debeant, non impediunt.

68 Jejuniium ex voto, vel præcepto majoris est meritum, quam ex electione, vel consilio.

69 Alie remissive.

JEJUNIUM secundum etymologiam nominis dictum est à jejuniō intestino quodam animalis, quod semper vacuum, & subtile est, quod nimirum Jejunium hominem cibo vacuum, & consequenter non pinguem, sed macrum, & subtile reddat; Sporet tom. 1. Append. 2. neratim sumptum est quadruplex, scilicet spirituale, naturale, morale, & ecclesiasticum. Jejunium spirituale est abstinentia à vitis, & illicitis voluptatibus, ut habetur expresse ex cap. Jejunium 24. dist. 5. de consecratione, ubi ex verbis S. Augustini sic præcise dicitur: Jejunium autem magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum Jejunium, & cap. 58. Isaia, ibi: Nonne hoc est magis Jejunium quod elegi? Dissolvas colligationes impietatis. Et S. Basilus hom. 1. de Jejunio dicit: Verum Jejunium est ab omnibus vitis esse alienum. Jejunium naturale est abstinentia ab omni protus cibo, & potu etiam per modum medicine in stomachum transmissio, quale Jejunium à tempore mediæ noctis requiritur de præcepto ecclesiastico ad sumptionem Eucharistia, nam, ut ait S. Augustinus Epist. 118. ad Januarium: "Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti, prius in os christiani Corpus Dominicum intraret, quam reliqui cibi, nam ideo per universum orbem mos ille servatur." Idem traditur in Concilio Africano can. 8. Carthagensis. 4. & 29. quæ extant tom. 1. Conciliorum. Item in Concilio Matiscon. cap. 6. Antisiodorensi c. 19.

Toletan. 7. can. 1. quæ extant tom. 2. Concilior. Hinc Rubricæ Missalis tit. de defectibus dispositionis corporis sic loquuntur: "Si quis non est jejunus post mediam noctem, etiam post sumpcionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & quantumcumque parva quantitate, non potest communicare, nec celebrare." Ubi tamen mox subiungitur in hæc verba: "Si reliquæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum salivæ. Idem dicendum, si lavando os deglutiat stilla aque præter intentionem." Jejunium morale, ac philosophicum dictum est actus temperantiæ moderantis appetitum, & usum cibi, ac potus secundum regulam rectæ rationis, cujus velut partes sunt abstinentia, & sobrietas; abstinentia enim moderatur affectum, & usum ciborum, sobrietas vero moderatur affectum, & usum potus potentis inebriare. Jejunium ecclesiasticum est abstinentia à carnibus, & quibusdam aliis cibis ab ecclesia imperata cum unica refectione tempore designato sumenda Ita in re communis.

Ad Jejunium ecclesiasticum tria requiruntur, scilicet abstinentia ciborum certi generis, abstinentia plurium refectionum, & certa hora refectionis; Communis. Quantum igitur spectat ad primum, (ut loquitur Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 21.) Delectum ciborum, abstinentium est diebus jejunii à carnibus, ut statuitur in c. Statuimus dist. 4. Utinam dist. 70. Concil. Tolet. 8. cap. 9. & sæpe alibi. Et in Quadragesima ab ovis, & lactiniis, scilicet, lacte, butyro, caseo, & quicquid ex lacte conficitur, ut præcipitur in Synodo Trullana canon. 66. & cap. Denique dist. 4. ibi: "Par autem est, ut quibus diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, jejunemus, à lacte videlicet, caseo, & ovis; & facit Propositio sequens 32. Inter damnatas ab Alexandro VII. die 13. Martii 1666. ibi: "Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lactinia in Quadragesima obliget." Unde consuetudo abstinendi à lacte, caseo, & ovis pro solo tempore Quadragesimæ, non item pro aliis diebus Jejuniorum obligat, universaliter loquendo; Sic Doctores communiter cum S. Thoma 2. 2. quest. 147. Castropalao part. 7. disp. 3. punct. 2. §. 1. & aliis passim. Particulariter tamen loquendo standum est particularibus locorum consuetudinibus, & privilegiis, cum alicubi ova, & lactinia prohibeantur solum tempore Quadragesimæ, & extra illud non sint vetita; & alicubi etiam diebus Jejunii extra Quadragesimam non permittantur; & alicubi sive ex consuetudine, sive ex privilegio permissum videatur vesci, nedum ovis, & lactiniis, sed etiam sagimine, seu pinguedine expressa à lardo porcino, item adipe anserum, ac aliorum animalium, item sanguine animalium forminum &c. ut observant, & affirmant Gloss. in cap. Presbyter dist. 82. verb. Sagimine, Hostiens. in summa Rubr. de observat. jejunii. Abbas in cap. Consuluit num. 2. de Jubeis, & aliis. In Jejniis Regulares uti possunt ovis & lactiniis, extra tamen tempora ab ecclesia universaliter prohibita, ut fuit determinatum in Capitulo generali Cappuccinorum 1596. & fuit approbatum à Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Consentina 15. Julii 1606. apud Nicol. in Floscul. verb. Cappuccini num. 9. apud Pitionum Constitut. & decis. Pontific. ad Regulares tom. 2. num. 1674.

Quantum ad secundum, nempe ad abstinentiam plurium refectionum, certum & indubitatum est ex universalibus, & perpetua ecclesiæ consuetudine ad Jejunium requiriri unam tantum refectionem moraliter continuatam, excludendo refectionem iteratam. Unde merito Alexander VII. die & anno, quo supra, damnavit sequentem propositionem 29. in ordine: In die Jejunii, qui septies quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium. Ex ecclesiæ tamen tolerantia, & tacito consensu, & longæva universali consuetudine ultra dictam unicam refectionem introducta est, & licite permessa parva serotina collatiuncula in sub-

levamen corporalis infirmitatis, quæ mundo senescente tempore magis augetur.

Quantum ad tertium, nempe ad certam refectionis horam, licet aliis talis relectio tanquam cœna sumenda esset hora vespertina in Quadragesima, ut patet ex cap. Solent 49. dist. 1. de consecr. ibi: "Solent plures, qui se jejunare putant in Quadragesima mox ut vespertinum audierint ad horam nonam comedere, quoniam nullatenus jejunare credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium." & hora nona, quæ est tertia post meridiem, in aliis jejniis infra annum, ut testatur S. Bernardus term. 4. de Quadragesima; & Micrologus de ecclesiasticis observat. cap. 49. ibi: "In hoc Quadragesimale Jejunium ab aliis differt, quod in talibus post Nonam, in hoc post Vesperam reficere debemus. Nec juxta canones quadragesimaliter jejunare censetur, si ante vesperam reficimus;" Tamen quia Mater Ecclesiæ ob corporis, & naturæ semper magis declinantis infirmitatem refectionem illam tanquam prandium sumi indulsit hora sexta proxima meridiei, retento nomine cœnæ ob memoriam antiquitatis (unde ordinavit ut in ipsa meridiana refectione preces pro benedictione mensæ dicantur in Cœna) statuit, ut in Quadragesimali dicantur vesperæ, & in aliis diebus jejunii Nona semper ante refectionem meridiana. Hæc autem consuetudo sumendi refectionem in meridie diebus omnibus jejunii cepit fere temporibus S. Thomæ Aquinatis circa annum Christi 1270, ut insinuat ipsemet S. Thomas 2. 2. quest. 147. art. 7. & passim Doctores alii.

Jejunium ecclesiasticum quoad substantiam consistit in unica domesticæ, & abstinentia à carnibus; Communis. Præceptum jejunii obligat sub mortali diebus ab ecclesia præscriptis; Communis; unde Alexander VII. die 24. Sept. 1666. merito damnavit sequentem propositionem 23. in ordine: "Frangens jejunium ecclesiasticum, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subjicere præcepto." Jejunium quamvis ab ecclesia sit determinatum quoad tempus, tamen non est solum de precepto positivo ecclesiæ, sed de implicita præordinatione divina fidelibus demandatum; Concil. Moguntin. VI. cap. 47. ibi: "Eos vero, quos necessitas nulla excusat, etiam ad statuta ecclesiæ jejunia observanda inducant, ipsumque jejunium divini esse præcepti doceant. Tempora vero jejunandi prout salubritati corporum, & animarum expedire videbuntur, ab ecclesia ordinata." Unde Ecclesiæ ipsa Christus Dominus jejunii cognoscit auctorem, prout in suis orationibus confitetur, inquit: "Perfice quæsumus Domine benignus in nobis observantia sanctæ subsidiū, ut quæ te auctore faciendā cognovimus, te operante impleamus; & iterum: Populum tuum quæsumus Domine propitius respice, & quos ab excis carnalibus præcipis abstinere, à noxiis quoque vitis cessare concede." Monacell. tom. 2. tit. 16. formul. 4. num. 3. Fagnan. lib. 3. Decretal. in cap. Explicari 3. de observ. jejun. num. 31. & alii ibi ab ipso citati.

Die Dominico quamvis ex se licitum esset jejunare, ut clare patet ex cap. Utinam 11. dist. 76. tamen propter hæresim Manicheorum, qui in contemptum Resurrectionis Domini dicebant Jejunium die dominico necessarium esse, & propter alias hæreses, superstitiones, & errores, statutum est ab Ecclesia non esse jejunandum Dominicis diebus; Sic in canone 64. Apostolorum cap. Jejunium 14. & cap. Ne quis jejunet 15. dist. 3. de consecr. & in cap. Placuit 9. dist. 3. de consecr. & c. Quadragesima 15. dist. 5. de consecr. Ecclesiæ à Quadragesima excipit dies Dominicos. Unde si Jejunium alicujus vigilie incidat in diem Dominicam, anticipari præcipit præcedenti Sabbato; cap. Ex parte 1. & cap. Consilium 2. de observat. Jejunii. Et Sacra Congregatio Universalis Inquisitionis Romanæ anno 1686. præcepit, ut nullo pacto ex devotione etiam B. Virginis imponatur Jejunium, quod indifferenter amplectatur dies Dominicos, & Festivos solemnes, puta faciendum una die hebdomadæ totius anni, cum sit contra-

tra usum & praxim Ecclesiæ. Et hæc Sacra Congregationis Dispositionem asservari in archivio suæ provisionis Anormitanæ testatur Felix Potestas tom. 1. part. 3. num. 2825.

Ex dictis num. 20. consecrarium est, quod si quis vovisset, vel voveret jejunare per unum, vel plures annos, subintelligitur exemptus diebus Dominicis à Jejunio; eo quia à lege Jejunii dies Dominicos excipit ecclesiæ: immo nec hujusmodi Dominicis teneretur abstinere à carnibus; tempore enim Quadragesimæ diebus Dominicis in tantum tenetur abstinere, quia sic ab eadem ecclesiæ dispositum est; quod hic non supponitur dispositum nec à vovente: si autem vovisset, vel quis voveret cum expressa intentione jejunandi etiam singulis diebus Dominicis, quoties id malo fine fecisset, vel faceret, votum esset omnino nullum; si vero cum bona fide, Jejunium esset nullum solum quoad hanc partem, tanquam illicitum, scilicet quoad dies Dominicos; & ratio est, quia in primo casu intentio est omnimodo mala, & irreligiosa ob pravum finem; in secundo autem non sic, ut est clarum. Item si quis vovisset, vel voveret jejunare per plures annos ea hebdomadæ die, qua fit festum Sanctissimæ Annuntiationis, cum expressa intentione comprehendendi dies Dominicos, quoties talibus diebus contingat præfatum festum, de tali voto discurrendum esse in sensu quo supra; At si non habuisset nisi intentionem recte jejunandi, nempe vero cultu, & juxta sensum ecclesiæ (quod in dubio est presumendum) occurrente festo Annuntiationis diebus Dominicis, anticipare debet Jejunium die Sabbati; recta enim intentio usum, & morem ecclesiæ sequi tenetur, quæ occurrente vigilia alicujus Sancti die Dominico, in diem Sabbati onus transfert impendendum.

Addit tamen Felix Potestas loco supra citato numer. 2838. ex Th. de Bene, Alano, & Sanchez, quod si fuerit votum jejunandi solis alicujus diebus Dominicis ob beneficium, ut honestum alicujus finem, secluso scandalo, & omni alio pravum motum fine, & etiam seculo vero singularitatis studio, valet votum, quia tunc est de re licita, eo maxime quia nunc haud amplius viget præmissæ hæreses: Intellige (juxta ipsum) Manicheorum, qui dixerunt, ut sub num. 20. & Arii, ac Erasmi volentium non fore Jejunia statuto tempore instituenda, sed pro arbitrio eligenda.

Si vigilia S. Joan. Baptiste cadat in festo Corporis Christi anticipandum est Jejunium feria quarta: Urbanus VIII. 14. Octobris 1638. in appendic. 2. constituit. 45. incip. Cum venire: Idem declaratum est pro vigilia S. Antonii de Padua apud Conventuales; Quia etiam Fratres Minores Conventuales ex constitutione Urbana tenentur peragere vigiliam S. Antonii de Padua, & insuper jejunare; oblata ab ipsis supplicatione Sacra Rituum Congregationi quid agendum, quando præfata vigilia occurrat in festo Corporis Christi: Ead. Sac. Congreg. respondit, hujusmodi Jejunium feria quarta immediate antecedenti esse anticipandum; Facta autem in prædictis Sanctissimæ relatione, Sanctitas sua annuit, ac prædictos fratres à præcepto, quo ipsis Urbana constitutione Jejunium prædictum patet injunctum, absolvit, die 26. Maii 1659. 7. Episcop. Sabinen. Card. Sacchetti. = Loco Sigilli = F. Maria Phœbus S. Rit. Congreg. Sec. = In Registro ejusdem fol. 140.

Hinc colligitur, si aliqua vigilia cum Jejunio occurrat in festo solemniori alicujus patroni principalis, possit licite ab Episcopo fieri commutationem Jejunii in diem præcedentem, eum modum, quo vigilia sollempnitatur, & Sanctiorum occurrentium feria secunda non jejunantur die Dominico, sed in Sabbato antecedenti, ut disponit textus in cap. Ex parte 1. & cap. Consilium 2. de observat. Jejunior. ibi: Sanctiorum quoque vigilia, quorum festivitates oportet secunda feria celebrari, in præcedenti sunt Sabbato jejunandæ. Fagnan. in cit. cap. Consilium num. 13. Innoc. Abbas, & Præpositus ab ipso ibi citat. Silvest. verb. Jejunium num. 10. Sanchez in consilio lib. 5. d. 5. num. 7. An-

ton. à Spiritu Sancto. tom. 3. tract. 6. disp. 2. sect. 5. num. 130. Felix Potestas tom. 1. part. 3. num. 2822. & alii. Non potest tamen auctoritate Episcopi anticipari vigilia S. Mathiæ, etiamsi occurrat ultima die bacchanalium; Sac. Rit. Cong. 23. Jan. 1694. & 11. Julii 1699. apud Monacell. part. 2. tit. 16. form. 4. num. 12. Fratres Minores tenentur ad præceptum Jejunii feria sexta occurrente in die natalis Domini; arg. cap. Explicari 3. de observat. Jejunior. ubi Summus Pontifex Honorius III. Episcopo Pragensi super hoc puncto interroganti respondit. "Explicari per Sedem Apostolicam postulasti: & infra: Respondemus, quod illi, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti in feria sexta, si festum Nativitatis Dominicæ die præpo venire contigerit carnibus propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere." Et sic tenent nostræ regulæ Expositores, & Doctores passim, ut Corduba, Mirand. Rodriq. Portell. Marchant in expositione regul. cap. 4. Felix Potestas tom. 1. part. 3. numer. 2834. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 46. num. 3. ubi testatur de communi, & sic probat praxim totius nostræ religionis, & ex exteris tenent Nat. Alexand. rheolog. moral. tom. 2. lib. 4. de Decalogo car. 4. artic. 7. resolut. 7. Fagnan. lib. 3. in cit. cap. Explicari num. 27. Barbos. ibid. num. 3. & varii alii ibi citat. Pirhing. ibidem num. 6. citans alios. Melphi tamen in comment. cap. 3. statut. 13. quest. 5. cum Diana, Bonacina, Gobat, Facundez, & aliis apud ipsum, tenent expresse contrarium, & ad citatum canonem Honorii III. respondent ibi esse septem de his solum, qui sunt adstricti voto jejunii, & hoc expresse comprehendere diem natalis Domini, ut regulari observantia de vita Quadragesimali, ut fratres Mimini, ejusmodi non sunt fratres minores, adeoque &c. Ast vero talem dictum canonem sic exponere, esse ipsum torquere, ut patet ex ipsiusmet verbis, & ex communi Canonistarum interpretatione cum Fagnano, Barbosa, Pirhing. Reiffenstuel locis citatis, & aliis passim; ac ex dictis etiam haberi debet; quod si quis vovisset jejunium v. g. quolibet die Martis, vel Sabbati, contingente nativitate Domini ipsis diebus, tenetur jejunare Arg. quod supra, ni vovens talem diem à jejunio, excipisset expresse.

Moniales S. Clare non tenentur nunc sub mortali ad jejunia regulæ, nempe Adventus, & ferie sextæ; Quamvis enim olim tenerentur sub mortali ad jejunium perpetuum ex vi primæ regulæ in 12. Capitula traditæ à S. P. N. Francisco, & approbatæ ab Innocent. IV. 16. Sept. 1253. constit. 12. incipient. Solet annuere: ubi in tercio capitulo imponitur Jejunium perpetuum, & ex vi secundæ regulæ in 26. capitula disposita, & confirmatæ ab Urbano IV. 1263. constit. 7. incip. B. Clara: tenentur sub mortali ad jejunium à festo nativitatis B. M. V. ad festum resurrectionis Domini, & feriis sextis, ut patet in capitulo undecimo ejusdem. Modo tamen ex dispositione, seu declaratione Eugenii IV. constit. 28. incipient. Ordinis tui: edita Nonis Februarii 1446. ad supplicationem S. Joannis de Capistrano, tunc nostri Ordinis Vicar. Generalis, non tenentur nisi ad jejunia Fratrum Minorum de Observantia, scilicet Adventus à die omnium Sanctorum usque ad nativitatem Domini exclusive, & quilibet feria sextæ: Et ad hoc neque sub mortali, ut sunt obligati dicti fratres; Nam ibi Pontifex quantum ad nostrum casum de jejunio, duo disponit, primo obligationem temporis, reducendo tempus perpetuum primæ regulæ ad dictum tempus fratrum, scilicet feriæ sextæ, & Adventus; & secundo obligationem peccati ipsam retrahendo à linea peccati mortalis, nam postea descendendo ad obligationem peccati cunctorum præceptorum dictæ regulæ numero centum & trium quæ referunt, & inter quæ sub Capitulo tercio est jejunium, subdit: "Tenore præsentium declarationis, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præter quam eorum quatuor, quæ con-

concernunt principalia vota, obedientie scilicet, paupertatis, castitatis, & claustrum, & super electione Abbatis, & depositione, peccatum mortale incurrant, ubi, ut recte notat Felix Potestas tom. 1. part. 3. num. 2838. habetur expressa exceptio, & positiva aliorum preceptorum exclusio, inter quae est jejuniu; Exceptio autem firmat regulam in contrarium; l. in his, quae 15. ff. de Legibus, leg. Quasi-tum 12. §. 43. ff. de Instruendo, vel instrumento legato, capitulo Dominus 6. caus. 32. quest. 7. cap. Quoniam 2. de conjugio leproborum. (Vid. li. B. pag. 329. prop. med. num. 59.)

31 Dispensatus circa esum carniu ob debilitatem vitium, & ad eas recuperandas, est etiam dispensatus a jejuniu, ita ut possit saepius in die comedere, Communitatis. Et ratio est, quia in ipso recuperandis vitibus adest vera necessitas multiplicis comestionis. Necessitas autem facit licitum, quod aliis est illicitum, cap. Quoniam 1. question. 7. capitulo. Omnes 1. de fer. capiti. Consultuisti 3. de celebrat. missar. cum similibus, & necessitas non habet legem, cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 1. (Li. C. pag. 243. num. 17. & ibi verb. Femina.) Non sic tamen est dispensatus a jejuniu, qui est dispensatus circa esum carniu, quia cibi Quadragesimales, seu jejunales sunt ei nocivi, seu nauseales; Sic Sporer tom. 1. append. ad tertium preceptum Decalog. sect. 3. num. 40. Grassius, Toletus, Lesius, & alii cum Layman lib. 4. tract. 8. cap. 3. num. 8. Filliuc. cap. 3. d. 7. quest. 4. num. 53. Henno tom. 1. tract. 1. de peccatis actualibus disp. 4. quest. 4. conclus. 3. Thomas Hurtad. de Revid. tom. 1. resolut. 5. La Croix l. 3. part. 2. num. 1269. Rodrig. in cunctis. cap. 24. Felix Potestas t. 1. p. 3. num. 2883. Reginald. Cajetan. Navarr. Medina, Angles, Bonacina, & alii plurimi.

33 Et hoc colligitur aperte ex bullis, & edictis editis a Summis Pontificibus, qui disserere declararunt, eos, cum quibus dispensarunt a precepto de abstinentia a carnibus, quod cibi Quadragesimales eorum saluti noxii esse possent, non excipi a lege jejunii, sed teneant tempore Quadragesimae unicam in die sumere refec-tionem: Gregor. XIII. in Bulla Cruciatu pro Regno Lusitania sic statuit: Praterea indulgemus, ut dicto triennio durante, carnibus de consilio vtriusque Medici temporibus juniorum, tam Quadragesimalium, quam quaruncumque dierum totius anni vesci possint, ac pro eorum libitu ovis, & lacticiis, ita quod, qui carnes comederint, servati in ceteris jejunii Ecclesiasticis forma, dicto jejuniu satisfecerit censentur. Alexand. VII. Pontifex Maximus anno 1637. Romae promulgavit edictum, quo propter pestem, quae anno praecedenti in Urbe saevierat, dispensavit tempore Quadragesimae cum civibus Romanis a precepto de abstinentia carnis in diebus Dominicae, Lunae, Martis, & Jovis, expressae tamens declarans eos jejuniu servare debere, excepta die Dominica, in aliis diebus, in quibus libere possent carnibus vesci. Similem dispensationem a precepto de abstinentia carnis, tempore Quadragesimae anno 1658. totius Ducatus Mediolanensis Fidelibus indulsit idem Pontifex, ea apposita clausula citra tamen exemptionem a jejuniu. Denique, in edicto, quod Romae pro obser-vatione Quadragesimae sub Pontificatu Clem. XI. anno 1703. publicatum est, haec clausula inserta fuit: Ed observare il digiuno, alle di cui Leggi sono tenuti anche quelli, che per giusta causa si cibano di carni salubri: Quae verba sic latine redduntur: Et debent observare jejunii Legem, ad quam obstringuntur illi, quibus iusta de causa permittitur, ut tempore Quadragesimae carnes salubres vescantur. Sed, cum haec inserta clausula quibusdam displicisset, diligentius hujusce rei examen selectis Viris eruditissimis commisit Clem. XI. Pontifex Maximus, atque post perlecta, & ad Sanctuarium pondus liberata hinc inde illorum censoria suffragia, tandem ad marginem edicti, quod Romae pro Qua-dragesimae observatione anno 1704. typis edendum, ac vulgandum erat, sicut singulis annis fieri solemne est, haec clausulam, propria manu scriptam edictoque inferendam ipse Pontifex Clemens XI. apposuit: Ed

osservare il digiuno, alle di cui Leggi siano tenuti anche quelli, che si cibano di carni salubri col motivo di esser loro nocivo il vitto Quaresimale. Quae verba latine redduntur: Et tenentur observare jejuniu, a cuius lege non dispensantur illi, qui salubri carne vescuntur, eo solo duci motivo, quod eorum saluti noceant Quadragesimales cibi. Et cum praedicta Pontificis clausula edictum pro observatione Quadragesimae Romae anno 1704. fuit publicatum. Eata etiam edictum Pauli Manfredi Urbis Romae, totiusque status ecclesiastici Protomedici Generalis, datum Romae pro obser-vatione Quadragesimae anno 1703. in quo expresse asserit eos, quibus ex specialis ecclesiae indulgentia licet tempore Quadragesimali vesci carnibus, quod cibi Quadragesimales eorum sanitati haud modicum damnum afferre possent, non dispensari juxta mentem Summi Pontificis Clementis XI. & declarationem Gasparis Carpegna, Cardinalis Vicarii ejusdem Summi Pontificis, ab observatione jejunii: Ne pertanto si dispensant dall' Astinenza, e Digiuno in cutte le fere obligate, non dovendoli, ne potendo li Medici sciogliere da questa obbligazione, che per altro e salutare, e giovevole, benchè per la loro sanita se gli conceda il mangiare carni, conforme espressamente, nell' oracolo di nostro Signore, dichiara nel suo Editto Sua Eminenza, seu Cardinalis Gaspar Carpegna Summi Pontificis Clementis XI. Vicarius in suo Edicto, quod jussu ejusdem Summi Pontificis pro observatione Quadragesimae Romae anno 1703. publicavit, quod ut ab omnibus legi possit, hic verbatim affertur.

E D I T T O.

Per l' Osservanza della Quaresima.

Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della Santa Romana Chiesa Cardinale di Carpegna, della Sanità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

Accio il tempo quaresimale contrariato a digiuni, e ad altre opere di penitenza, e precò detto da Santa Chiesa tempo acceptabile, dies salutis, sia in quell' osservanza, che si deve, e si rimovano le occasioni, che possano indurre qualche scandalo, o rilassamento in quel, che appartiene al precepto del digiuno, o all' astinenza de' cibi proibiti, La Sanità di Nostro Signore incedendo alla disposizione del Sacro Concilio di Trento nel decreto de delectu ciborum, & jejuniis, ed agli editi altre volte emanati per l' osservanza della quaresima, ci ha incaricato coll' oracolo della sua viva voce di pubblicare il presente editto, e di ordinare la piena esecuzione delle cose infrascritte.

I. Che nessuna persona, durante detto tempo, venda, o tagli (come si suol dire) carni in qualsivoglia luogo della Città di Roma, eccetto, che nelli Macelli deputati per gl' Infermi, Valetulinari, o malsani. Le quali carni debbano esser solo di quelle obimate salubri, cioè di Castrato, Vitella, e Capretti, nè le tenghino fuori di detti Macelli, ma dentro, in modo che appariscano, nè si vedano in pubblico.

II. Quelli, che comprano le dette carni per gl' Infermi, o malsani, come sopra, debbano, per evitar ogni scandalo, portarle coperte, in modo che non siano viste.

III. Che non si tengano da qualsivisa persona pubblicamente a vendere, o si portino vendendo per la Città le dette, o altre carni, anche di cacciagioni, o selvaticina, molto meno porcina, nè ova, formaggio, o altra sorte di latticini e cibi proibiti in detto tempo.

IV. Li Pollaroli, ed altri, che vogliono vendere carni salvaticine, ed ucellami, tenghino nelle Botteghe (però in modo, che non si vedano in pubblico) solo quelle, che secondo la testimonianza del Signor Protomedico possono annoverarsi tra le carni salubri, e non altre.

V. Che nessuna persona di qualsivoglia stato, grado, e condizione possa comprare, o far comprare, ovvero

comprare alcuna sorte di carne, o d' altri cibi proibiti, senza la licenza, secondo la forma da Noi prescritta, che li farà intimata dalli Reverendi Parrochi; Qual licenza prima si dovrà scrivere di propria mano dal Medico ordinario, e come tale si sottoscrive in lingua volgare in tutto gratis; Dopo dovrà esser sottoscritta dal proprio Parroco delli detti infermi, o malsani, e per ultimo si porterà a sottoscrivere da alcuni degl' infrascritti R. R. P. P. Nostri Deputati solamente, e non da altri in nome loro, alli quali incarichiamo di considerare, ed osservare dette licenze, e quando non siano concepite secondo la solita forma, non le dovranno sottoscrivere.

VI. Avvertendo ciaschedun Medico, e Parroco, che se sottoscrivono le dette licenze senza legitima causa, ovvero, se l' esibiscono, e presentano ad alcuno senza considerare, se abbia cause sufficienti, oltre il partecipare, che feranno dei peccati d' altri, nel che resterà molto aggravata la loro coscienza, saranno da Noi puniti ad arbitrio Nostro, anche con pene corporali, come si è strettamente incaricato al Signor Protomedico.

VII. Avvertano di più, tanto i Medici, quanto quelli, che domandano le medesime licenze, d' attendere alla qualità delle carni, cioè che siano salubri, perchè solo queste son permesse nella Quaresima, a chi per giusta causa non può cibarsi d' cibi Quaresimali, e se al bisogno si può supplire con ova, e latticini, non devono quelli permettere loro, nè questi rispettivamente cibarsi delle carni anche salubri, ma contentarsi dell' ova, e latticini, ed osservar il digiuno, alle di cui leggi siano tenuti anche quelli, che si cibano di carni salubri col solo motivo d' esser loro nocivo il vitto Quaresimale. In oltre, se per tutto l' anno si offengono dalla carne nel Venerdì, Sabbato, Quattro tempora, e Vigilie di precepto, molto più devono osservare tale astinenza ne' suddetti giorni in Quaresima, non ostante la licenza, che ottengono, eccetto quando ci fosse nuova causa, che richiedesse altrimenti; e non potendosi in questo particolare dare certa regola, deve ogni uno considerare prima il suo bisogno, e le sue indisposizioni, e che non siano affettate, perchè ne dovranno rendere conto strettissimo nel Tribunale di Dio, dove non potranno scusarsi con la licenza estorta con cause supposte, o finte: onde riflettano bene, che non inganneranno il Medico, o il Parroco, e non ad medesimi, e l' anime loro quelli, che espongono indisposizioni non vere, ma figurate per ottenere la detta licenza.

VIII. Che li Ovi, Tavernari, Alvergatori, Bertolieri, o qualunque altro di qualsivoglia stato, grado, o condizione, non permettano, o tollerino, che nelle loro Osterie, Taberne, Alverghi, Bertole, e Case, s' abbia a cuocere, o mangiare alcuna sorta di cibi proibiti, così nel detto tempo di Quaresima, come nelli altri giorni, in cui parimente vengano proibiti dalla Santa Romana Chiesa, eccetto, che per gl' infermi, o malsani, che averanno licenza, come sopra, sotto pena a chi cragredirà in ciascheduno de' casi compresi in questo nostro Editto di scudi venticinque, e tre tratti di coda, e di altre pene a nostro arbitrio secondo la qualità delle Persone.

IX. Ordiniamo, che in tutto il tempo Quaresimale nessuno di qualsivoglia stato, grado, e condizione faccia, o assista a quelle conversazioni, o altre adunanze, dove si facciano suoni, e balli, e che ne nemo di notte si vada per Roma sonando, o cantando, ovvero facendo serenate in luogo fermo sotto le pene suddette.

X. Esortiamo per fine tutti i Fedeli, non solo all' osservanza del digiuno Quaresimale, consagrato da Cristo Signor Nostro col suo esempio, ma ad attendere con direzione a quegli Esercizii spirituali, che il medesimo tempo ricerca, non meno per placare l' ira di Dio, che per prepararsi a celebrare degnamente la Santa Pasqua. — Dato in Roma della nostra solita Residenza questo dì 23. Febrajo 1705. — G. Card. Vicario. — Niccolò Antonio Cuggio Seg.

Et ad id afferuntur duo Brevia novissime edita a Bened. XIV.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis universis gratiam, & communionem Sedis Apostolicae habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Non ambigimus, Venerabiles Fratres, quin universis catholicae religionis Cultoribus notum sit a mota per christianum orbem Ecclesia inter praecipua orthodoxae disciplinae capita perpetuo adnumeratum retineri quadragesimale Jejunium, quod olim in lege, & Prophetis primitus adumbratum, ipsius Domini Nostri Jesu Christi exemplo veluti consecratum, ab Apostolis traditum, a sacris canonibus ubique praescriptum, & ab universali Ecclesia ab ipso sui primordio retentum, & observatum est. Hoc nimirum, ut veteres tradidere Patres, nobis quotidie peccantium communis poenitentiae constituto remedio, per consortium crucis Christi nos etiam aliud in eo, quod ipse propter nos praestitit, agimus, simulque ad recolenda secretiora redemptionis nostrae ministeria, quae per Dominicae Passionis, ac Resurrectionis memoriam Quadragesimali potissimum tempore solemnius celebrantur, purificatis Jejunio corporibus, & animis dignum paramur. Hac veluti nostrae militiae tessera ab inimicis crucis Christi secernimur, flagella divina ultionis avertimus, & caelesti praesidio in dies adversus Principes tenebrarum munimur. Hoc despecti habitus, non contemendum divinae gloriae detrimentum, non leve catholicae religionis dedecus, nec dubium animabus Christifidelium periculum oborturum esse aliunde populis calamitates, rebusque publicis, & privatis calamitatem, exitumque importatum esse constat. Ab hac vero insita, inhaerentique in omnium catholicorum hominum animis de sacratissima quadragesima, aliisque diebus Jejunio consecratis persuasionem, & reverentiam, quam aliena, quam discors, quam absorta sit moderna Jejunantium consuetudo, quantum ab ipsa Jejuniorum Institutione, & servata semper, ubique, & ab omnibus disciplina quam longissime distet, Vos Venerabiles Fratres, qui populorum curae vestrae commissorum usque probe nostis, pro singulari Sapientia vestra praeter ceteris clarus intelligitis. Nos sane, quibus in hac sublimi Apostolicae procuracionis specula constitutus, undique gentium nuntii afferuntur, lacrymis deplorare non possumus, augustissimam quadragesimalis Jejunii observantiam ob nimiam, nullis urgentibus legibus cautam esse, ita ut orthodoxo quidem religionis Cultores merito querantur; haeremus vero sectatores illudant, & exultent. Periculosae huic corruptelae plurimorum insuper licentiam adjunctam esse graviter dolemus, quae usque adeo invaluit, ut nulla Apostolici Instituti, sacratissimique praecipua ratione Jejuniorum tempore palam, & impune ab eisdem agitentur convivium, & epulae interdictae promiscue inferantur. Ea propter quemadmodum quibus curis, sollicitudinibus, & angoribus urgeamur, cum Fraternitatibus vestris communicamus, ita facere non possumus, quin pro injuncto Nobis supremo Sacrosancti Apostolatus officio, & ardentissimum Fratrum vestrarum zelum ad opportunitatem huiusmodi adhibendum remedium excitemus, & ad congruentes huiusmodi abusibus penitus extripandis Leges praescribendas meditemur.

Interea, Venerabiles Fratres, gaudium & coronam nostram, nobiscum considerantes, nihil Deo acceptius, nihil pastorali ministerio nostro dignius, nil gravioribus curae nostrae commissis utilius, quam ut verbo, & exemplo praevente, Christifideles ad tam salutarem christianae poenitentiae, & pietatis exercitacionem alacrius suscipiant, & constantissime retinendam, &

»ea, quæ instituta fuit, disciplina peragendam vellemus inflammemus, omni opera, atque industria studeamus, ut fideles populi in conspectu Dei per austeriorem jejuniorum observantiam tales permanent, quales in ipso paschali festo dignum est inveniri. Debitum igitur paternæ uniuscujusque vestrum sollicitudinis, & charitatis officium jure postulat, ut omnibus notum faciatis, & annuncietis, nemini quidem sine legitima causa, & de utriusque medici consilio, multitudini vero, veluti populo, aut civitati, aut genti indiscriminatim integræ, nonnisi gravissima, & urgente necessitate, & in casibus per sacra canonum statuta præscriptis cum debita Apostolicæ hujus S. Sedis reverentia à quadragesimali Jejunio dispensationem toties quoties opus fuerit, concedendam, nec mandata, fidenterque usurpandam, nec superbe, & arroganter ab ecclesia, sicut alicubi in more positum esse accepimus, esse postulandam. Gravissimam vero urgentemque necessitatem, etsi non est cur Vobis explicemus, nolumus tamen vos ignorare, cum hujusmodi necessitate, & servandam esse potissimum unicam comestionem, sicut aliis hic Romæ, ac nos ipsi hoc anno urgentibus causis dispensantes, expresse præscripsimus, & licitas atque interdictas epulas promiscue minime apponendas esse. Porro quemadmodum de ejusmodi Indulgentia tam caute impertienda, si secus fieret, Nos persuasum habemus districtam Summo Divino Judici reddidit Iri rationem, ita conscientiam uniuscujusque Vestrum onerandam esse ducimus. Insimul Fratritates vestras rogamus, & in Domino exhortantes obsecramus, ut populos, qui communem omnium Christifidelium, ac disciplinam servare nequeant, commonere satagatis, ne per alia pietatis opera, ut sua cuique devotio suggeret, peccata sua expiare, & Deo satisfacere negligant; quin immo sanandis vulneribus, quibus humana infirmitas sauciatur, diligenter adhibere studeant curationem, ut culpas de mundano pulvere contractas, dum casta Jejunia decoquere non possunt, per pia opera redimant. Interim solatium, & levamen non leve meritori nostro à pastoralis vigilantia, & charitate vestra præstantes, ac certo Nobis pollicentes, Apostolicam benedictionem cum uberi celestium charismatum copia conjunctam in eosdem Populos vestros redundaturam, Vobis, Venerabiles Fratres, permanenter impertimur.

»Volimus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ. — Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Mensis Maii 1741. Pontificatus nostri Anno I. — D. Cardinalis Passionensis.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN suprema Universalis Ecclesiæ procuratore, meritis licet imparibus, per inellectibilem divinæ bonitatis abundantiam, ut orthodoxæ fidei assertores, sic etiam ecclesiasticæ disciplinæ Custodes, ac vindices constituti, quadragesimale præsertim Jejunium, quod inter præcipua orthodoxæ disciplinæ capita semper, & ubique ab ipso Ecclesiæ exordio numeratum esse nemo ex catholicis inficiatur, ab hodierna jejunantium corruptela vindicare, & in pristinam, quanto benedicente Domino fieri posset, observantiam revocare cupientes, per alias nostras in simili forma brevis literas ad Fra-

ternitates vestras die XXX. proxime elapsi mensis Maii currentis anni datas eximium Fratritatum vestrarum zelum excitandum curavimus, ut elaborare studeretis, ne hac in parte, & optatum Apostolicæ nostræ sollicitudinis angoribus levamen, & salutare aboleræ sacratissimi Jejunii corruptelæ remedium deesset. Quoniam autem Paternæ Pontificæ charitatis, quæ novit imbecillitates infirmorum sustinere, atque etiam cum infirmantibus infirmari, non immemores, quemadmodum Jejunio aliquando legitima causa, aut gravissima, urgentique necessitate exigente dispensandum esse ex Apostolica benignitate censuimus.

Ita inter cetera præscriptimus unicam comestionem servandam, & licitas, atque interdictas epulas minime esse apponendas. Hinc factum esse accepimus, quod non defuerint, qui per humanas, & hominibus à christiana penitentia abhorrentibus dumtaxat dignas illusiones sibi, aliisque persuadeant, unicam potissimum comestionem servari, atque epulas licitas, & interdictas minime apponi debere, cum multitudini quidem indiscriminatim ob urgentem gravissimamque necessitatem, non vero singulis ob legitimam, & de utriusque Medici consilio dispensatur; Quam sane persuasionem à sententia nostra alienam, ut ex omnium animis penitus evellamus, Nos quibuscumque, quacumque occasione, sive multitudini indiscriminatim ob urgentem, gravissimamque necessitatem, sive singulis ob legitimam causam, & de utriusque Medici consilio, dummodo nulla certa, & periculosa valetudinis affecte ratio intercedat, & aliter fieri necessario exigat, in Quadragesima, aliisque temporibus anni, & diebus, quibus carni, ovorum, & ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam comestionem servandam, & licitas, atque interdictas epulas minime esse apponendas tenore præsentium declaramus, & edicimus; quemadmodum per singulas nostras in pari forma brevis literis singulis utriusque sexus Christifidelibus ob corporis infirmitates, quibus obnoxii reperiuntur, in Sacratissima Quadragesima, aliisque diebus Jejunio consecratis vescendi prohibitis licentiam dantes unicuique expresse præscribimus, atque præcipimus. Ex propter Fratritates vestras rogamus, atque in Domino obsecramus, ut populos vestre curæ commissos ad tam oportunitatem sanandis vulneribus, quibus per humanam infirmitatem quisque sauciatur, Sanctissimi Jejunii remedium alacriter adhibendum cohortantes sedulo, ac paterne moneatis, rem agi non quidem exiguam, sed longe gravissimam, de observando, sustinendoque jejunio, purificandis animis, corporibusque salutari. In spem igitur illos erigite, celestium præmiorum, quibus assequendis non sunt condignæ passionibus hujus temporis, immo leve, ac momentaneum non tribulationis, sed modicæ abstinentiæ nostræ incommodum magnum gloriæ pondus operatur in caelis. Ab omnibus se abstinent, qui in agone contendunt ut corruptibilem coronam accipiant; pudeat tam imbelles, ac delicatos christianæ militiæ milites refugientes à consorcio crucis Christi, qui coronam legitime certantibus propositam sperare præcipit incorruptam, ad cuius auspiciam, & pignus Fratritatibus vestris apostolicam benedictionem eisdem etiam populis vestris nostro nemine impertiendam peramanter elargimur. Volimus autem, ut præsentium transumptis, sive exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ. — Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. mensis Augusti millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus nostri Anno secundo. — D. Cardinalis Passionensis.

Et ratio est quia jejunium est præceptum divinum includens duo præcepta distincta, unum de unica comestione; alterum de abstinentia à carnibus; unde quamvis in ipso ratione dispensationis cesset obligatio abstinentiæ à carnibus, non cessat tamen obligatio de uni-

unica comestione, quia præceptum ecclesiæ, quando non potest servari in totum, nihilominus in parte servandum est; arg. cap. Dilecti 6. de dolo, & contum. Et patet à simili, nam qui non potest recitare totum divinum officium, & potest recitare partem, tenetur ad recitandam partem, quam potest. Hinc Innoc. XI. die 2. Martii 1679. merito damnavit sequentem Propos. 54. in ordine: Qui non potest recitare matutinum, & laudes, potest tamen aliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem. Tum quia nedom unica comestio est æque essentialis Jejunio, ac abstinentia à carnibus, ut dicunt Henno, Felix Potestas loc. cit. & alii passim Doctores; immo magis essentialis, ut probat Hurtad. loc. cit. quem sequitur La Croix loc. cit. & alii. Sed & insuper ratio formalis Jejunii sita est in unica refectioe, & non in abstinentia à carnibus, cum certum sit ex pontificis bullis, & edictis supra laudatis solvi Jejunium, si bina in die fiat refectio, & viceversa non solvi Jejunium, si quis post legitimam à Superioribus ecclesiasticis obtentam dispensationem semel in die tempore Quadragesimæ carni vescatur, ut recte probat Graveson hist. eccles. tom. 8. p. 2. colloquio 6. ubi mordicus, & suo more egregie defendit hanc nostram sententiam. Et de facto non dicitur esse jejunium illis diebus, quibus sumuntur plures refectioes, quamvis non manducetur carnes, ut patet in diebus Veneris, & Sabbati, in quibus ob facultatem sumendi plures refectioes non dicitur esse jejunium, sed tantum abstinentia.

Post hæc emanavit alia ejusdem Summi Pontificis Benedicti XIV. explanatio, & declaratio, quæ ut omnibus plene innotescat, hic ad literam datur.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis Universis Gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam benedictionem.

LIBENTISSIME quidem amplectimur, quæ nobis offeruntur occasiones ad vestros animos excitandos, ut ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ sedulam curam confectis. Etenim Summi Pontificatus dignitati, ad quam Nos, licet immerentes, erecti fuimus, conjunctam esse intelligimus sollicitudinem aliarum ecclesiarum Nobis commendatam, qui plane tenuitatem virium nostrarum non ignoramus.

Cum itaque præsentium literarum argumentum totum sit de jejunio, quod tempore Quadragesimæ veteris Ecclesiæ instituto, ac lege fidelibus indicitur, supervacaneum ducimus longam orationem conficere de Quadragesimæ institutione, & patrum, & Conciliorum omnes super hac re in medium proferre auctoritates. Difficile id quidem Nobis parum videretur, sed potius alienum, & nullo modo consentaneum vobis, quos doctrinæ laude, canonum, & sacræ historię cognitione præstantes arbitramur. Porro ad scribendas has literas adducti fuimus gravissimis illis verbis Tridentinæ Synodi, quæ serm. 25. de Reformat. præcepit Episcopis omne studium impendere, ut fideles ipsorum curæ traditi magna religione perficiant ea, quæ à sacris canonibus præscribuntur, ut illis omnibus, & ita præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delictus, & jejunia.

Ubi primum Bononiensem Ecclesiam administrandam suscepimus (ad quam beneficio Clementis XII. felic. record. à Sede Anconitana translatus fuimus) mandatum evulgavimus (quod lib. prima Institutionum nostrarum pro viris ecclesiasticis decimoquinto loco continetur.) In illo plures difficultates indicavimus, ob quas minime solvendo jejunii legibus putabamus illos, qui ob legitimam causam, & legitimam prius auctori-

tate interposita, Quadragesimæ abstinentiam non observarent, minime inquam solvendo à jejunio, ita ut non liceret ipsis quolibet die mensam bis instituere, non unica vice, vespertina superaddita refectioe, quæ permitti jejunantibus consuevit. Tandem in hac Pontificia Sede collocati, Nos rem totam in examen iterum revocavimus, & præstantissimis quoque Viris demandavimus ipsam diligenter, accurateque perpendere, ac suas deinde opiniones Nobis exponere. His peractis, hujusmodi controversiæ finem tribuere constituimus, illudque decrevimus, ne ulla impostum sive peculiaris, sive generalis pro aliqua civitate, vel oppido concedatur facultas adhibendi carnes ad mensam tempore jejunii, vel Quadragesimæ, nisi conditio servandi jejunii, sive unius comestionis interponatur, & illud quoque monitum addatur, nequaquam licere mensam eandem carne ac piscibus instruere. Equidem declinatis hac ratione nimium implicatis questionibus, existimavimus unicam singulis diebus comestionem inducere illis etiam, qui carnibus uti, cum jejunium inducitur, rite obtinuerunt, & præeam illam consuetudinem, quæ apud multos jam nimis invaluerat, penitus evellere, afferendi nempe carnes in mensam cum piscibus, postquam ipsi quadragesimali abstinentiæ præcepto soluti fuerint, ob eam potissimum causam, quod grave detrimentum saluti ab esu piscium accipiant.

Hæc apertissime constant ex nostris apostolicis literis, quas in forma brevis dedimus ad omnes Episcopos orbis catholici anno 1741. quarum primæ incipiunt: Non ambigimus: altera vero: In suprema. Nos profecto nulli unquam elargiti sumus vesci carnibus, cum tempore Quadragesimæ sive aliud jejunium præcipitur, nisi iudicia scripturæ conditione, quam superius commemoravimus. Maximam pariter lætitiæ perceperimus, cum redditæ Nobis fuerunt plures epistolæ ac mandata vestra literis Nostris Apostolicis omnino consentanea, quibus pro virili parte contentidit adducere populos vobis subiectos ut propositam in illis disciplinam pie servarent.

Interim promulgatis iisdem apostolicis literis, quas paulo ante notavimus, plures cavillationes excogitæ sunt à nonnullis, uti Nos antea facili conjecturæ suspicari fuimus. Plures etiam questiones propositæ Nobis fuerunt, exigi quidem ponderis, ac momenti; quemadmodum Nos opinamur, cum illæ vel ipsius legis verbis, vel sensu penitus corruant, ac dissolvantur. At tamen sacro tribunali Nostræ Penitentiarie rerum hujusmodi conscio, ac peritissimo eadem questiones expendendas commisimus, quibus omnibus plane, cumulateque, quoties opus fuit, satisfecit.

Archiepiscopus Compostellæ in Hispaniarum regionis primus Inquisitor nuperime vita functus, longam ad Nos dedit epistolam, quæ plures recensebat difficultates, quæ literis Nostris Apostolicis adversabantur, quominus executioni mandarentur, eo quod nonnulli Theologi in diversas opiniones, ac sententias abirent in solvendis quibusdam questionibus, quibus literæ Nostræ Apostolicæ causam, & occasionem præbebant, ac proinde de illis iudicium nostrum requirebat. Equidem Archiepiscopi literæ Nos gravissimas, ac difficilissimas temporibus occupatos deprehenderunt. At tamen dum questiones in ipsis expositas percurrimus, visum Nobis est non quidem expecti, ut illis questionibus responsum fieret, ipsisque solutis nullum impedimentum, sive obstaculum nostris literis apostolicis superesse, sed potius ut abjectis cavillationibus ad optatum finem ipsæ minime adducerentur. Accedit etiam, quod epistola Archiepiscopi multis argumentationibus, & obscuris vocibus redundabat. Quamobrem licet plures hortarentur, ne ullum Archiepiscopo responsum redderemus; Illi tamen satisfacimus, res præcipuas ex ejus literis delibantes, & questiones omnes ad certum numerum redigentes. Primum Nostris occupationibus tribuendum testati sumus, quod tarde ipsi responsum daremus, ejus studium commendavimus, & etiam

»etiam magnopere probavimus, quod anceps, ac du-
»buis ad hanc Sanctam Sedem confugerit, ut consi-
»lium exposceret. Deinde prolatis quæstionibus satis-
»facere non prætermisimus illum tamen monentes de
»Instituto Summorum Pontificum, qui leges condere
»solent, disciplinam decernere, neque ullam habere
»rationem illorum, qui dubitandi causas obijciunt, ut
»quæ constituta sunt, perturbent, ac evertant.

»Vix redditis literis, Archiepiscopus paulo post vi-
»ta cursum absolvit. Itaque non immerito suspicamur,
»Responsa nostra, quæ literis continebantur, haud
»cognita fuisse, & perspecta illis, qui quæstiones ex-
»citaverant. Post hæc alii pariter ex Hispaniis Episco-
»pi, nonnullas ex iisdem quæstionibus Nobis propo-
»suerunt; quare iisdem responsis usi sumus quæ tra-
»dita prius Archiepiscopo Compostellæ à Nobis fue-
»rat. Non defuerunt etiam præstantes inter Italos
»Theologi, qui literas nostras apostolicas datas an-
»no 1741. egregiis commentariis illustrarunt. Item con-
»tigit responso, quod fecimus Archiepiscopo Compos-
»tellæ die octava Julii anno 1744. quod sane integrum
»suis libris prærigendum curaverunt. At quoniam libri
»ejusmodi ad Vos fortasse nondum pervenerunt, vel
»curis aliis distenti illos percurrere minime potuistis;
»his literis encyclicis adiungimus illas pariter, quas
»(uti sæpius est) ad Archiepiscopum Compostellæ jam
»prius scripsimus ut quæ disciplina vestris in diocesi-
»bus tenenda sit, plane cognoscatis, ac ne vos deter-
»reant difficultates, si quæ à captiosis hominibus con-
»citantur.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Compostellæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem apostolicam
benedictionem.

»SI Fraternalitas tua secum reputabit, quot gravissi-
»mis, & maximis curis propemodum obruamur,
»quantumcumque, hoc præsertim difficillimo tempore,
»prosus Nos tenet imposta tenuitati Nostræ sollicitu-
»do omnium Ecclesiarum, non sane mirabitur tandem
»sibi procrastinatum fuisse responsum ad eas literas, qui-
»bus apostolica auctoritate dissolvenda rogasti obortas
»in Hispania disputationes aliquas à duabus nostris
»epistolis ad omnes Episcopos superioris anni 1741.
»30. Maii, & 22. Augusti, quibus intra legitimis fi-
»nes concurrens invalescentem Ecclesiasticam jejunii re-
»laxationem. Potius tibi in mentem veniet cogitare de
»singulari Nostris in religiosissimam Hispaniam Eccle-
»siam amore. Unde Nos, immensa licet rerum mole
»fatigatos, ad expediendum sibi in omni sua perple-
»xitate salutis inter opem nostram præsto habet. Quam-
»quam igitur dum prænantias constitutiones edid-
»imus, non aliud propositum Nobis fuerit, quam re-
»frænare paucorum nimis ingenio fidentium Theolo-
»gorum licentiam, qui opinionum novitate gaudent,
»nec otium, nec animus Nobis fuerit definire quid-
»quid subtili indagatione deduci possit ex proposita
»à Nobis jejunandi regula; Tamen eximia paterna cha-
»ritate complectimur adeo observantissimos Romanæ
»Sedis Hispanos, tantique factum obsecrationes tuas,
»ut occurrere anxietati vestre adjecerimus animum,
»ut Nos ipsi quæstiones à te propositas dirimendas
»constituerimus; sic autem se habent.

»Utrum quæ in anteceditis nostris literis in forma
»brevis de unica comestione, & de epulis non per-
»miscendis præscribuntur, sub gravi etiam præcepto
»prohibeantur?
»Respondemus. Concedentes facultatem vescendi
»carnibus tempore vetito sub gravi teneri easdem fa-
»cultates non aliter dare, quam geminis hisce adjec-
»tis conditionibus, videlicet, unice in diem comestio-
»nis, & non permiscendarum epularum. Eos vero, qui
»hujusmodi facultatibus utuntur sub gravi ad binas
»ipsas condiciones implendas obligari.

»An ii, quibus concessum est vesci carnibus, pos-
»sint in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis
»vesci, quæ jejunantibus permittitur?

»Respondemus. Non licere, sed opus habere eo
»cibo, eaque uti portione, quibus utuntur homines je-
»junantes recte meticulousæ conscientie.

»An qui jejunii tempore vesci carnibus permittun-
»tur, & unica comestione uti debent, horam jeju-
»nantibus præscriptam servare opus? *Edicimus obser-
»vandam iis esse.*

»Quenam sint epulæ licitæ, quæ vetantur cum in-
»terdictis conjugari?

»Respondemus. Epulæ licitæ pro iis, quibus per-
»missum est carnes comedere, esse carnes ipsas. Epu-
»las interdictas esse pisces, adeoque utrumque simul
»adhiberi non posse. Piscibus tamen edendis non inter-
»dicantur ii, quibus datur tantum facultas adhibendi
»ova, & lacticia.

»An præceptum de utroque epularum genere non
»miscendo, dies quoque Dominicos Quadragesimalis
»complectatur? *Affirmatur complecti.*

»Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex
»Bulla Cruciatæ edere possunt ova, & lacticia?

»Rescribimus, nihil in nostris prænantias apos-
»tolicis literis statutum esse, quod respiciat gratiosum
»Cruciatæ diploma. Quare qui eos gaudent, illius te-
»norem strictè & considerate perpendant, ex ejusque
»sententia se gerant. Caveant autem, ne innani qua-
»piam excusatione esse solutos esse arbitrentur præ-
»scriptis ibi legibus.

»Utrum memorata duo præcepta urgeant extra
»Quadragesimam?

»Respondetur. Urgere extra Quadragesimam utrum-
»que præceptum; illud scilicet unice comestionis cum
»reliquis legibus in secundo, & tertio ad hæc postu-
»lata responso expressis: Et alterum non permiscen-
»di epulas licitas cum interdictis, ut in quarto postula-
»to definitum est.

»Habeas, Venerabilis Frater, penitus explicatum
»quidquid apud vos ex Nostris sæpius nuncupatis apos-
»tolicis literis dubitationem attulisse scribis. Quia quid-
»dem in re laudavimus consilium tuum interrogandæ
»supremæ Romanæ Sedis, ut libero, & non vacillan-
»ti gressu ad oves vera doctrina imbuenda incedere
»propterea queant. In istoque tuo suscepto consilio ag-
»novimus Hispanam Religionem, nihil sibi tutum, nisi
»in Divi Petri Cathedra acceptum reputantem, qui splen-
»didissima gloria tantum nomen, & incorruptæ fidei
»fructum sibi peperit. Cavendum autem vobis est (ideo-
»que ad te plurimum pertinet, qui illustris Archie-
»piscopi, & Inquisitoris geris præcipuum munus),
»ne in expendendis Apostolicæ Sedis constitutionibus
»pro nimia exhauriendi argumenti sollicitudine nullus
»fiat disserendi ambigendique modus; sedula deinde
»opera conferenda, ut istiusmodi dubia, quæ facile
»pro ingeniorum varietate, disputando emergunt, pe-
»nitent inter vos dirimantur; ne diuturna unquam dis-
»ceptatione fluctuent animi, præsertim cum constitu-
»tiones ipsæ apostolicæ scopum, quo tendunt, aperte
»demonstrant, & illuc promptè dirigi potest quidquid
»dubitandum inturbare videatur. Id si animadvert-
»tissent, qui de presenti negotio plura dubitarunt, no-
»ndum sibi exolvissent. Patebat enim nihil aliud Nobis
»in animo fuisse, quam cohibere vividam nonnullorum
»Theologorum ingenia, qui nimium sani jejunii fines
»prætergressi, & non parum oblii, illud ad retinen-
»dum in officio corpus divinitus institutum hosti huic
»spiritus infensissimo blandiebantur. Statim siquidem
»comperissent, quid in propositis quæstionibus consi-
»tituendum esset, nec sibi molestiam exhibuissent, nec

»Nobis, quos gravissime undique circumstant curæ,
»non parum temporis occupasset, quod tamen pro
»singulari Nostris in vestram gentem studio, atque
»amore libenter impendimus ad rectum vobis iter mon-
»strandum: In posterum simul præcaveo quomodo in
»hujusmodi quæstionibus firmare gressus vestros in
»promptu sit. Reliquum est, Venerabilis Frater, uti-
»bi,

»bi, quod facimus ex animo præcipuæ benevolentie
»Nostræ pignus apostolicam benedictionem peramanter
»impertiamur. Dat. &c. 8. Julii 1744.

»Cum hæc ita se habeant, satis muneris Nostris fecis-
»se videmus ne illi, quibus licet carnes edere, cum je-
»junium tempore Quadragesimæ, vel extra Quadragesi-
»mam fidelibus præscribitur, unius comestionis limites
»excedant, ac ne piscibus simul, & carnibus parari si-
»bi mensam patiantur, neve cavillationes perscruten-
»tur, uti legi tenebras effundant. Pauca tamen adhuc
»supersunt, quæ remedium à Nobis deprecant.

»Siquidem advertimus jam multis ab hinc annis non
»solum plures in qualibet Italice urbe vestra auctoritate
»dissolvi à quadragesimali abstinence, sed etiam mag-
»no studio contentis, ut universam civitatem, to-
»tamque diocesim eadem abstinence liberemus. Hinc
»factum est, ut in quibusdam civitatibus, ac diocesi-
»bus jam per multos annos fideles universi absque ulla
»discrimine carnibus per quadragesimam utantur. Id
»siquidem maximam Nobis affert sollicitudinem, eo quod
»deprehendimus certis testimoniis in quibusdam regio-
»nibus septemtionis toto quadragesimæ cursu lactis,
»& ovorum usum libere permitti, quia per plures annos
»eamdem facultatem petierint, & ab hac Sede Aposto-
»lica consecuti fuerint. Quomobrem illi populi sibi in
»manum induxerunt, non esse rursus ad Pontificem
»confugiendum pro hujusmodi facultate impetranda,
»sed priores concessionis singulis annis acceptas suffi-
»cere, ut lactis, & ovorum consuetudo per quadra-
»gesimam comprobatur. Præterea maximi facienda esse
»duximus ea verba Tridentini Concilii sessione 25. c. 18.
»de Reformat. Sicuti publice expedit legis vinculum quan-
»doque relaxare, ut plenius eventibus casibus, & ne-
»cessitatibus pro communi utilitate satisfiat, sic frequen-
»tius legem solvere, exemploque potius, quam certo per-
»sonarum rerumque delictu potentibus indulgere, nil aliud
»est, quam unicuique ad leges transgredendas aditum
»propere.

»In literis Nostris Apostolicis, quas anno 1741. ad
»omnes Episcopos catholicos deditimus, huic corruptelæ
»viam præcludere cogitavimus ea ratione, illisque ver-
»bis, quæ rursum hic subjicimus: *Debitum igitur pa-
»ternæ unicuique vestrum sedulitatis, & charitatis
»officium jure postulat, ut omnibus notum faciat, &
»muneritis, nemini quidem sine legitima causa, & de
»multisque Medici consilio. Multitudini vero veluti po-
»pulo cuius civitati aut genti indiscriminatum integræ non-
»nisi gravissima, & urgente necessitate, & in casibus
»per sacra canonum statuta præscriptis, cum debita Apo-
»stolica hujus Sanctæ Sedis reverentia à quadragesimali
»jejunio dispensationem totius, quoties opus fuerit conce-
»dendam, nec audacter, fidenterque usurpandam, nec
»superbe, & arroganter ab Ecclesia, sicuti alibi in more
»positum esse accepimus, esse postulandam.*

»Porro Nos hanc normam secuti sumus, cum mul-
»titudinem, veluti populum, aut civitatem integram
»quadragesimali abstinence immunem declaravimus. In
»primis loci Episcopos id postulare à nobis debuit ac de
»gravissima, urgenteque necessitate suum testimonium
»interponere. Deinde carnes minime permiscere fuerunt,
»si lactis, & ovorum usus satis esse videretur. Tum
»vero facultas edendi carnes tribui solum consuevit, cum
»interposito Episcopi testimonio id omnino necessarium
»iudicaretur, nec sufficiens necessitate remedium affer-
»ri constaret, si ova solum, & lacticia concederentur.
»Quoties autem abstinence quadragesimæ nostra auc-
»toritate soluta fuit, certos tamen dies præscripsimus,
»quibus integra abstinence servaretur, nempe diem ci-
»nerum, dies quatuor temporum, vigiliis præcepto ob-
»servandis, ac dies majoris hebdomadæ à Dominica Palma-
»rum. Quandoque recensimus etiam totam hebdomadam
»cinerum. Aliquando etiam indiximus abstinence ferlis
»sævis, ac Sabbatis, etiamsi facultas à Nobis tradita
»lactis, & ovorum usum solum complecteretur. Postre-
»mo etiam conditionem semper addidimus ne jejunii lex
»unius per diem comestionis ullo modo violaretur, ac
»ne simul in mensa carnes, & pisces apponerentur.

FERRARI. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

»Dum rationem hujus consilii Nostris serio perpen-
»dimus, haud plane acquiescimus eo eam sollicitudinem,
»ac dubitationem, ne causa ab Episcopo loci prolata,
»quam Nos legitimam credidimus ad solvendam quadra-
»gesimæ abstinence, ejus natura fortasse contineat. Quip-
»quæ veram, & urgentem necessitatem contineat. Non
»illud Nos semper ante oculos propositum habuimus,
»ut nihil à ratione alienum, nihil inconsulto, ac temere
»faciamus. Herent pariter animo defixa S. Bernardi ver-
»ba ad Pontificem Eugenium lib. 3. de consideratione c. 4.
»Facitis hoc, quia potestis. Sed urum debeatis, quæsto
»vobis, & quomodo. Attamen fidem præstitimus iis, quibus
»præstanda fuerat, Episcopis nempe locorum; Non enim
»alio pacto exerceri potest sollicitudo peculiarium eccle-
»siarum, ac diocesum, nisi fides habeatur Episcopis,
»à quibus illæ administrantur; Sed imposterum, ut gra-
»vissimum hoc negotium tutius, quam fieri possit, ge-
»ratur, molestum vobis non sit, animum iis advertite,
»quæ subjicimus.

»Non ignoratis ab Innocentio III. Prædecessore No-
»stro cap. Consilium, de observatione jejuniarum, inter
»causas legitimas solvendi abstinence à carnibus je-
»junii tempore, recenseri veram, & existentem reipsa
»aegritudinem: Præterea de illis, qui in quadragesima,
»vel in aliis jejuniis solemnibus infirmantur, & petunt sibi
»verum carnum indulgere, respondemus; Quod cum non
»subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum ur-
»gens necessitas exigit, supportare poterit, & debet, ut ma-
»gis periculum in eis evitetur. Idem statuerant multo
»ante Innoc. III. Patres VIII. Conc. Tol. Can. 9. quod
»an. 633. celebratum fuit: *Quisquis absque inevitabili
»necessitate, atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam
»vitalis impossibilitate diebus quadragesimæ eorum carnum
»præsumperit attentare, non solum erit reus Resurrectionis
»Dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei Sanctæ
»Communionis... Illi vero, quos aut atas incurvat, aut lan-
»guor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita
»violare præsumant, quam à Sacerdote permiscum acci-
»pian.*

»Nemo est qui non intelligat, hujusmodi causas sa-
»tis esse, ut aliqui à jejuniis legibus, & abstinence im-
»munes existantur, non autem ut populus, vel integra
»civitas idem privilegium obtineat. Quis enim sibi per-
»suadere possit, cives universos alicujus urbis, vel dioc-
»cesis eodem tempore gravissimo morbo teneri, vel in
»eodem discrimine versari omnes, ut periculosam ægri-
»tudinem contrahant? Nisi forte eos morbos intelliga-
»mus, qui ab aeris intemperie, vel infectione promanant,
»de quibus paulo post verba faciemus; Quis credat un-
»quam populum universum alicujus diocesis, vel com-
»muni languore penitus extenuatum, vel externa se-
»nectute confectum?

»Neque vero causa sufficiens habenda est, ut ali-
»qua civitas, vel populus abstinence quadragesimali
»liberetur, ipsique carnes permittantur, si forte pisces,
»vel ova caro pretio vendantur. Sicut enim urbes ha-
»bent egenos cives, ita etiam opulentos, & quibus etiam
»alii vitæ sustentationem labore, ac sudore sibi compa-
»rant, alii vero patrimonio, ac divitiis sibi superque
»abundant. Itaque si emendis piscibus grave pretium
»solvendum sit, id quidem egenis civibus, non vero
»divitibus suffragatur. Id asserunt etiam nonnulli Theo-
»logi haud severioris discipline, quorum sententiam
»recensimus c. 9. l. 3. *Nostrarum Institutionum, quas
»Bononiæ typis impressimus.*

»Illud etiam innæ commentum prorsus existimari
»debet, solvendas esse abstinence quadragesimæ civi-
»tates, vel dioceses, ubi exercitus versantur, eo quod
»milites in iis locis permanentes abstinence leges mi-
»nime observant. Id potius animo civium inflammare
»deberet ad Jejunium rite, religiosque suscipiendum,
»ut nempe milites tanta virtute Temperantie permori
»ipsorum exemplum sequatur. Illud solum pro legitima
»causa in medium proferri potest, copiam militum tan-
»tam afferre civitati penuriam herbarum, atque olei, li-
»cet quadragesimæ Jejunia non obtemperent, ut harum
»rerum pretia summopere augeantur.

li 2

»dem